

VIR CUM SACCO AD IULII VILLAM ADVENIT

In silva prope Iulii villam Marcus et Quintus laeti ludunt; Iulia autem in horto cum cane sua Margarita est. Iulius est in foro Tusculano cum Davo; Aemilia autem domi est cum ancillis.

Vir, qui magnum saccum umeris portat, ad villam fessus advenit et ante ostium clamat: “Ornamenta, venduntur ornamenta! Et non modo ornamenta, sed etiam parvos avium pullos vel mala piraque!”

Aemilia, quae in cubiculo suo est, se vocari ab ancillis audit et accurrit; post fenestram virum fessum videt et ostiario imperat: “Ostium aperi!” Itaque vir in atrium intrat et verba facere vult, sed Aemilia poculum cum aqua ei ostendit.

Vir bibit et dicit: “Salvete, amici! Hic adest Livius! Aspicite haec ornamenta: nonne tam pulchra sunt quam illa quae videntur in foro Romano?”

Iulia, quae iam adest, parvum pullum aegrotare videt et eum habere vult, sed mater ornamenta non vult et Livius discedit.

A silva, in qua sunt Marcus atque Quintus, clamor auditur; ergo Livius, qui probus est, currit in silvam et homines quaerit, dum pueros perterritos reperit: lupo enim ante eos ululat. Livius carpit baculum et id lupo ostendit: hic, iam ipse perterritus, procul abit.

Pueri currunt ad Livium et cum eo ad villam reveniunt.

Aemilia eos sanos esse videt et, cum Iulius advenit, ei dicit: “O, vir mi: nec Marcus nec Quintus aegri sunt, quod ille vir bonus et probus est!”

Iulius: “Cur pueri mei sunt tam improbi quam servus meus Medus! O, cor meum! Livius autem multum probus est...”

Dominus decem nummos in Livii sacco ponit et ei villam ostendit ...

Veronica Pastore